

292.

Cod. CCXCVIII. n. 1.

Deest

Cod. CCXCVIII.

Chartae. 4. foli. 15.

L.  
4.7.Gotfridi Viter-  
biensis necus-  
sum Regum.

Cum codex noster titulo careat, cum inte-  
gre ita exhibeo, quemadmodum habetur in  
Cod. ms. Biblioth. Caesar. Viennensis, nempe:  
"Speculum Regum, compositum per Magistrum  
Gotfridum Viterbiensem Imperialis aulae Ca-  
pellanum, ad Dominum Henricum VI. Regem  
Romanorum et Theutonicorum, filium Frideri-  
ci Imperatoris de Genealogia omnium Regum  
et Imperatorum Trojanorum et Romanorum  
et Theutonicorum a tempore diluvii usque ad  
eundem, secundum chronica Venerab. Bedae Pres-  
byteri, et Cuthberti et Ambrosii." Alanus abbas  
edit. Kollar. lib. II. col. 575. Speculum praecedit  
epistola dedicatoria ad Henricum VI. quae in-  
scribitur in haec verba: "Scientia litterarum o Henri-  
ce omnium regum felicissime". In eadem  
opus suum Speculum Regum appellat. In-  
cipit autem Speculum metricè exaratum:

"Aditur archa canitur noe patriarcha!

Carmina perpetuus sequitur Commentarius  
prosaicus, quae simul hicce finiuntur.

"Carolus imperii suscepit in orbe coronam  
Cujus et auxilium reparat sua tempora roma  
Sicut et in titulis pagina nostra sonat?"

In calce Commentarii additur: "Et sic est fi-  
nis speculi hujus historialis metrici". Spe-  
culum igitur nostrum annos Caroli M. non  
excedit, unde non immerito mutilum esse  
dixeris. Venim haec lacunam explere cupi-  
ens anonymus quidam addidit Chronicum Im-  
peratorum prosaicum a Carolo magno usque

Chronic. Imper.  
ab eo 800 - 1439.

Cod. CCXCVIII. n. 2.

213

ad annum 1409. Alberto II. Imper. lethalem.  
 Incipit: " Carolus magnus bipini regis francorum  
 filius a papa leone sublimatus. Quis hanc fm.  
 peratomum, rerumque ab eis gestarum seriem  
 texuerit, eruditos, quotquot consului, latere  
 videtur. Caterum fabulis non carere deprehen-  
 di, de Carolo e. g. dicit: " Hic in Constantino,  
 poli sedem imperialem habuit quam de roma  
 transtulit - - Postea iterato retranstulit ad  
 urbem romanam - - fecit autem carolus om-  
 nes litteras alphabeti aureas quamlibet va-  
 lentem 100 tid turonensium. i. grosorum, et  
 totidem cenobia fundavit quot sunt littere  
 alphabeti Et posuit in unoquoque monasterio  
 quod fundaverat unam litterarum ex predictis.  
 Dum agit de Alberto II. ad annum 1409. scrip-  
 tum est in margine: " tunc ego natus sum in  
 die martini, quod de librario intelligo.

Gotfridus, seu Godfridus Viterbiensis Pres-  
 byter author Chronici universalis, quod  
 Pantheon nuncupavit (a) triam Imperato-  
 rum Capellanus, et Notarius obiit aō 1186.  
 Vide Caveum Script. eccl. p. 593.

(2) Aborbe condito  
 in padana aō 1186.  
 Vide Pistoni Nida  
 in Script. German  
 T. II.

L.

Caroli IV. Imper. Bulla aurea, de qua  
 jam diximus in Cod. XXXI. n. 3  
 Bulla aurea.

214.

Cod. CCXCVIII. n. 3. 4.

3.

Antonii Constantii de Fano Elegia ad Matthiam Regem Hungariae.

Antonii Constantii de Fano Elegia ad Matthiam Regem Hungariae. Inscriptis est: "Serenissimo Hungarorum Regi Domino Mathie Anthonius Constantius se comendat". Incipit:

"Pannonie omnipotens Rex et clarissime gentis  
Et decus ac flant gloriæ summa patris."

Joann. Pann. n. 1  
Antonii responsum  
metricum.

Hanc accepit responsum ita inscriptum: "Johannis Pannonij Episcopi quinque Ecclesiarum ex persona Serenissimi Domini Mathie Regis Hungarorum ad Anthonium Constantium poetam Italicum Responso". Incipit:

"Non levis aonidum Constanti cura Aronum  
Cui nos, qui nostrum tollis ad astra patrem."

Antonius Constantius de Fano, sive Fanensis scripsit in Fastos Ovidij, et epistolam de camelopardali a. 1487. Fabr. Bibl. m. et i. lat. T. I. p. 124.

A.

Joann. Archiep. Soltanensis Ord. Predic. libello de notitia mundi.

Inscriptio hujus operis sonat: "Incipit libellus brevis de noticia orbis. et superficialis, inter de gentibus habitantibus in eo de sectis, sectis, ceremoniis atque novitatibus ipsarum. Hi: specialiter que extra ecclesiam catholicam sunt". Incipit: "Quoniam ut in latitudine scripturæ sacre colligere valui. Complectitur populos Asia, et Africa, et maxime sectam Mahumeti. Opus hoc finitur sequentibus: "Hic igitur sit finis hujus operculi mei Johannis Archiepiscopi Soltanensis (a) seu totius orientis Fratrum predicatorum compositum anno domini Millesimo CCC 40 ad

(a) Soltani, 9.  
ensis.

Cod. CCXCVIII. n. 4.

215.

1 noticiam nostrorum orthodoxorum atque docto-  
 2 rum fidei qui longe lateque a predictis genti-  
 3 bus nec conversati, nec commurati cum eis  
 4 ignorantes novos errores et caeremonias eorum  
 5 et ad hujus remedia et ad perpetuam rei memo-  
 6 riam ex celo fidei composui ista pauca de om-  
 7 nibus istis supranominatis gentibus que vi-  
 8 di que audiri a fide dignis cum quibus <sup>etiam</sup> ~~etiam~~ <sup>Comuratus</sup>  
 9 pluribus annis et temporibus cum quibus rei-  
 10 nam tractavi per disputationes et veritatem  
 11 queriri et qualiter reducantur ad ovile Do-  
 12 mini crebre scire optavi ut ex hoc manifeste  
 13 stur veritas fidei catholice deideaturque  
 14 falsitas eorum et ut audientes hec fabulosa ha-  
 15 eretici confirmarentur in sua veritate scan-  
 16 dalizenturque in illorum tali enormitate Item  
 17 ut nostri majores excitentur in salutem illo-  
 18 rum et pro omnibus predictis curent mittere  
 19 predicatores veritatis - - tu igitur sec-  
 20 tor prudens hic denota que tibi placent et  
 21 arma de scuto fidei et verbo Dei ad confun-  
 22 dendum qui extra sunt veritatem confon-  
 23 tendi qui intra sunt veritatem et memen-  
 24 tote mei dicti in vestris sanctis oracioni-  
 25 bus.

Haec integre reddidi tum ob nomen autho-  
 ris, quod omnes latet, tum ob veritatem ope-  
 ris, cujus tanquam codicis ms. mentionem in-  
 genuit solum Chetivius J. I. p. 749 ex Feden. Bib-  
 lioth. Pauli Lips.: quibus vero author omnino  
 erat incognitus.

216.

Cod. CCXCVIII. n. 5-7.

5.

Pauli II de erigen-  
do Episcopatu Vi-  
enensi Bulla.

Dua Bulla Pontificia. Prima Pauli II. de Vien-  
nensi ecclesia cathedrali erectione cum re-  
servatione juris patronatus pro Ducibus Au-  
striae. Incipit: "In supreme dignitatis spe-  
culum." etque de anno 1488. 15. Kal. Febr.  
Habetur in Ampliss. Bullar. Collect. Coquelin:  
T. III. part. III. pag. 127.

✓ Pauli IV Bulla  
de redditibus  
Decani Viensij.

Secunda Sixti IV. qua redditus ecclesiarum  
in Berchtoldsdorf, et S. Martini conceduntur  
ecclesia cathedrali Vienn. ad sustentandum  
Propositum Decanum; data 1475. 2. Id. Junij.  
Pontif. 4<sup>to</sup>. Hanc typis impressam nondum  
reperi. Incipit: "Pastoralis officii debitum  
quo sumus universis ecclesiis orbis obliga-  
ti.

6

Tract. de excom-  
municatione et in-  
terdicto.

Tractatus brevis de excommunicatione, et in-  
terdicto. Absque titulo incipit: "Quia mate-  
ria censurarum plenisque ignota est. Do-  
cendum clericorum causa evadantur va-  
rii casus ad excommunicationem, et interdic-  
tum spectantes.

7.

Viensij. Acade-  
mia responsus  
ad articulos Nu-  
renbergensium.

Incipitio est: "Responsio deputatorum in cau-  
sa articulorum dominorum civium Nuerenber-  
gensi Universitati transmissorum." Articuli,  
de quibus iudicium Theologorum Viennensium  
rogabant cives Nuerbergenses sunt numero quin-  
que concernentes articulos lites quas qu-  
dam in iudicio componendas. Incipit respon-  
sum: "Attendentes primum quare domini cives

Fran  
Woy  
monFoa  
Ep.  
styt.  
legi  
con

Cod. CCXCIX. et CCC.

217.

"Nuerenbergenses in foro consciencie et pro  
 "animarum suarum salute saper transmissis.  
 "suis articulis pie petant edoceri". Annino,  
 "ista nulla adjecta est. Simile responsum ex-  
 "hibet Schellhorn. in amoenit. litt. T. XI. p. 222.  
 "Sed nostrum non est.

## Cod. CCXCIX.

Chartae. Fol. loci 15.

L  
4.2.

Francisci de  
 Woyte dorf sen  
 moner de tempore

Rubrica est: "Incipit pars yemalis de tempore  
 "Cecimii doctoris Magistri francisci de Woyte  
 "dorf". Verum non hyemalis tantum, sed etia  
 "estivalis sermonum pars habetur. Primus  
 "incipit: "Cum appropinquasset Jesus Jhe-  
 "rosolymis etc. Hoc Evangelium bis legi-  
 "tut in anno". In calce additur: "Woyte  
 "dorf". De hoc Doctore nusquam aliquid  
 "reperi.

## Cod. CCC.

Chartae. Fol. loci 16.

L  
5.2.

Joann: Fabri  
 Ep. Vienn: Consti-  
 tutiones pro lib-  
 legio ad S. Ni-  
 colaum.

Joannis Fabri Episcopi Viennae Constitutiones  
 "quas convictoribus ad S. Nicolaum Viennae  
 "observandas praescripsit. Incipiunt: "Nos  
 "Joannes Fabri Doctor, Dei et sanctae Apo-  
 "stolicae sedis Romanae gratia Episcopus Vi-  
 "enna Austriae. Finiuntur hinc: "Acta et con-  
 "stituta sunt haec in arce nostra ad S. Vitum  
 "supra fluvium Viennam prima die Novem-  
 "bris, qua celebratur festum omnium Sanc-  
 "torum, anno a Christo fere nostro nato  
 "millesimo quingentesimo quadragesimo. Acta,  
 "utis vero nostra sexagesimo secundo".

Joannes Faber, Ord. Praedie. Episcopus Vi-  
 "ennensis, strenuus fidei contra Lutheri sectam

## **Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27649](https://manuscripta.at/?ID=27649)